

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Grammatica**

**[Straßburg], [um 1495/97]**

Filius hominis [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia in ea fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. Quomodo regula. quia verbum transitivum constructum cum obliquo a parte post facit constructionem transitivam actuum. Versus. Trans a obliquus cum post verbum situat. Qualis est ipsa. Congrua. vt supra. Scdm quam regulam. Verbum transitivum natum est regere obliquum a parte post. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam generat in auditore quantum in ipsa est. Et idem intelligendum est de participio. vt legens librum. Quod autem constructio totalis est perfecta. hoc non provenit ex constructione verbi cum obliquo. sed provenit ex constructione suppositi cum apposito. quia ibi intelligitur nominativus prime persone. qui supponitur verbo lego.

**Filius hominis** Est constructio. Que vocatur ipsa. Nominis cum obliquo. Que est ipsa. Transitiva personarum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi est transitio super obliquum et neutrum constructibile significat actum. Quomodo regula. Quia obliquus rectus a nomine facit constructionem transitivam personarum. Versus. Nomen et obliquus fiet constructio trans per. Qualis est ipsa. Congrua. Scdm quam regulam. Quando in aliqua oratione ponuntur duo nomina substantiva ad diversa pertinentia sine coniunctione media. tunc vnum illorum debet poni in genitivo. vt capa sonis. tunica platonis. Quanta est ipsa. Imperfecta. Quia imperfectam sententiam demonstrat in auditore. quantum in ipsa est.

**O domine** Est constructio. Que vocatur ipsa. ad verbum vocandi cum vocativo. siue constructio excitantis cum suo excitabili. Que est ipsa. Transitiva actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. Quia ibi fit transitio super vocativum. et alterum constructibile significat actum exercitatum. quia exercet vocativum circa vocativum in ordine ad actum. Quomodo regula. quia adverbium vocandi vel hortandi constructum cum vocativo facit constructionem transitivam actuum